

ficē, sed tantum moraliter, quomodo etiam de facto concurret aqua in schola nostra; & si physicē concurreret, hoc utique ei non conveniret ob perfectionem, qua excedit aquam; sed per potentiam obedientialem activam, quae secundum Suarez, & alios est ejusdem rationis in omnibus; vel per quantitatem aliquam supernaturalem ei communicatam ejusdem rationis cum illa, quam quidam Adversariorum dicunt, modo communicari aequē.

213 Postremō arguit etiam nostri contra alteram conclusionis partem, quod scilicet de facto perfectior intellectus cum equali lumine perfectiorem eliciat visionem; nam pro opposita parte stat Scotus, & ratio; siquidem in patria non accipiunt Deus dispossuit, & digni sunt ex gratia; ergo absolute estō poterit sint inaequales, quia tamen digni equaliter sunt, equale premium respondet. Deinde, quia Doctor expressē oppositum docet, nam 3. d. 23. q. 3. docet, voluntatem Christi, de facto perfectius frui Deo, quam voluntatem Angeli, licet ex natura rei voluntas Angeli perfectius fruatur, unde similiter de aliis Beatis sentire videtur, quod de facto inaequalitas fruitionis non proveniat à potentia perfectiori, idem autem erit de intellectu dicendum respectu visionis. Et 4. d. 30. q. 6. verſ. Respondeo, & dico docet, voluntatem inferiorem habentem equalia merita cum voluntate superiori habituram beatitudinem aequale aequalitate quantitatis, licet non aequalitate proportionis, quia inferior magis consubitur ad fruitionem.

Respondet, quantum attinet ad mentem Doctoris, quamvis in 3. loc. cit. ita doceat de fruitione animae Christi, nil tamen hoc nostro asserto praerjudicare, neque de aliis Beatis idem proportionaliter sensisse, magna namque disparitas verſatur inter Christum, & alios Beatos quoad luminis gloriae, & gratiae perfectionem, siquidem ut notat Smiling, loc. cit. num. 46. Scotus non tribuit Christo ex communi lege beatitudinis maximam illam fruitionem, & quod quantum illi deest de potentia naturali ad fruendum perfectius Deo, quam fruatur alia creatura perfectioris potentiae naturalis, scilicet Angelica, tantum compensatur per majorem gratiam, & charitatem; sed hoc ei adscribit, ob prerogativam capitis totius Ecclesiae triumphantis, & propter eminentiam capitis, & primi omnium praedestinatorum, quae quidem ratio nec directē, nec proportionaliter locum habere potest in ceteris electis; etenim cum illi tantum de visione, & fruitione adepti sunt, quantum suo labore meruerunt, nulla est ratio, vel auctoritas docens, quod inferioris uni tantum debeat addi, quantum ratione potentiae perfectioris competat alteri beato aequalis meritis. Dices, ergo si intellectui, vel voluntati Angelicae daretur tantum lumen, vel tanta charitas, quantum habet anima Christi, eliceret perfectiorem visionem, & fruitionem, quam de facto eliciat anima Christi: ergo non erit summa negativē, vel in termino, qualem ponit eam Scotus, vel si talis est, non poterit intellectus Angelicus cum aequali lumine, perfectiorem elicere visionem. Respondeo, hanc objectionem etiam ab aliis Scotistis esse solvendam; supposito itaque, visionem Christi esse summam, ut in argumento supponitur (nam si talis suppositio non esset vera, de quo dixi disp. 10. Phys. q. 5. art. 1. tota vis objectionis labitur) ponderanda sunt, quae docet Doctor 3. d. 13. lit. Q. respondendo ad 3. q. ubi ait, animam Christi summē frui lumen, licet, non tamen elicitive, unde vult, fruitionem illam esse summam formaliter, non verō elicitivē, quia à voluntate Angelica cum aequali gratia potest elici perfectior fruicio. Dices, quomodo fruicio animae Christi potest esse summa formaliter, & non elicitivē? Respondeo, quod est summa formaliter, ita ut perfectior dari non potest, quia licet voluntas Christi cum summa gratia non possit elicere fruitionem, quae sit formaliter summa, quia perfectior fruicio elici potest à voluntate Angelica cum aequali gratia, tamen Deus volens perficere Christum perfectione maxima possibili concursu particulati suo supplet defectum perfectionis voluntatis Christi; concurrere cum eo ad producendam tantam fruitionem, quantum potest producere voluntas Angelica cum aequali gratia; & sic patet, quomodo non repugnet fruitionem animae Christi esse summam formaliter, & adhuc voluntatem Angelicam posse elicere perfectiorem cum aequali gratia, perfectiorem (inquam) non formaliter, quia fruicio Christi supponitur summa formaliter, sed perfectiorem elicitivē. Dices, si Deus praeraret Angelico talem concursu cum aequali gratia, Angelus haberet majorem fruitionem etiam formaliter. Resp. supposito, quod Deus concurrat cum Christo ad summam fruitionem formaliter, negandum est, posse Angelum praerare aequalem concursu, quia hoc dato sequeretur, fruitionem Christi non esse summam, quia Angelus ex tali concursu haberet majorem.

214 Ad alium locum ex 4. sent. optime etiam respondet Smiling, loc. cit. Doctorem non dicere voluntatem inferiorem, & meriti aequalis cum voluntate superiori habituram aequalem fru-

itionem beatificam, ratione majoris conatus ad actum fruitionis; sed ait, voluntatem inferiorem habentem aequalem habitum charitatis in via potuisse ratione majoris conatus habere meritum actum, quo tantam meruerit fruitionem, quantum voluntas nobilior sibi vendicabit ratione meriti minoris, & naturae perfectioris, & idem inquit, dandum esse illis in patria charitatem inaequalem, scilicet majorem imperfectiori voluntati; beatitudinem verō aequalem, quia quod uni deest ratione potentiae ad habendam fruitionem aequalem, ei competet ratione majoris meriti, & argumenti charitatis; quare falsum est, quod ibi Doctor loquatur de habitibus mericum aequale, ut communitur intelligitur alii Scotistae, nam in eo argumento, quod sibi Scotus opponit, sic concludit, & tunc cum charitas sit ratio merendi, sequitur, quod inaequaliter meriti erunt aequaliter beati, ex quibus verbis expressē constat, Doctorem loqui de habitibus mericum inaequale. Quinimo ex hoc eodem loco Smiling, potius nostram confirmat sententiam, quia ibi supponit Doctor, quod si voluntas inferior haberet aequale meritum cum voluntate nobiliori, adeoque aequalem habitum charitatis, non haberet aequalem beatitudinem, sed nobilior voluntas haberet majorem. Ad rationem dico, quod quantumvis Beati non accipiant in ratione meritis, & premiis, nisi quantumvis suo labore meruerunt, & digni sint ex gratia, tamen etiam in ratione beneficii, nobis à Deo collati ex Christi meritis accipiunt, quantum absolute posuit potentia naturali, ut dictum est num. 203. alioquin aliqua violentia sequeretur in ordine naturae, cum sit connaturalis ordinis rerum, quod prima causa non denegat fecundam concursum ejus activitati commensuratum; cum etiam in ordine gratiae, quia subtrahendo talem concursum impeditur Beatum, ne Deum videat, ac diligat conatu suae activitati proportionato, ut deducum est num. 201.

215 Dices, ex opposito dicendi modo nullam sequi violentiam, vel innaturalitatem in statu beatitudinis, etiam si beatus non accipiat, quantum absolute potest frui, vel videre Deum ex sua facultate naturali; nam habet quousque Beatus naturalem appetitum ad summam Dei visionem in schola nostra, qui tamen licet totaliter non expleatur, nullam inde ideo patitur violentiam, quia sufficit, ut expletur juxta quantitatem dispositionis pravae, à Deo constitutae per merita, ut monet Doctor 2. d. p. quaest. ultima in fine; ergo idem dicendum in proposito de facultate naturali activa, quam intellectus habet ad Deū videndum; Tum quia haec facultas activa, quam habet intellectus creatus ad Deum videndum non est sufficiens, & completa in ordine causae secundae, adeo ut sequatur aliqua violentia, vel innaturalitas, si causa prima denegat concursum suum, quia intellectus non ita petit concursum causae primae in ordine ad visionem, sicut petunt causae secundae ad effectus sibi proportionatos; sed si Deus concursum praerit, hoc eventit gratuito, & ex merito Dei beneficio. Respondeo, satis patet ex dictis qu. 2. art. 1. appetitum, & inclinationem naturalem passivam, qualem habet anima nostra ad recipiendam perfectionem supernaturalis ordinis, non esse sufficientem, ut tales perfectiones sint ei naturaliter debite, cum ex nullis naturae viribus attingere possit aliquam dispositionem, ultimō ordinatā ad tales formas, & Deum necessitatum; ut auctorem naturae ad earum inductionem; unde est omnino dispar ratio de potentia, & inclinatione passiva, quam intellectus habet ad Dei visionem, & de facultate naturali activa, quam habet ad eam eliciendam, si semel sit elevatus per lumen gloriae; quamvis enim talis facultas citra talem elevationem sit omnino remota, & incompleta, atque ideo naturaliter non petit concursum Dei ad visionem, ut petunt aliae causae secundae ad effectus connaturales, & proportionatos; supposita tamen tali elevatione, ejus potentia fit proxima, & proportionata, & immediate concurrat, ac sufficienter in ordine suo, sicut aliae causae secundae cum prima ad suos effectus; quare si Deus talem concursum denegaret, aliqua sequeretur violentia, & innaturalitas, quae in aeternum duraret.

QUESTIO OCTAVA.

An visio beata possit esse passiva, ita ut possit per eam videri essentia, non visis personis, vel attributis.

216 **U**T titulus quaestiones indicat, controversia non est de facto eto, sed de potentia Dei absoluta, etenim de facto est veritas fidei indubitata, omnes beatos in patria videre Deum, sicut est, in tribus personis subsistentem, attributa, & omnia, quae formaliter sunt in ipso ex natura rei, salte quoad perfectionem absolutam, quam important, praescindendo a respectibus rationis, quos quaedam attributa fundare intelliguntur.

tur, vel terminare comparatione creaturarum, ut solet dici de scientia, & omnipotentia, quatenus fundat respectum rationis ad res omnes cibiles, & potibiles; quod pluribus ostendit ex Scriptura, Conciliis, & Patribus Lustrantibus lib. 4. qu. 14. art. 1. & Smiling, tr. 2. disp. 6. qu. 5. Suarez cap. 22. & alii passim. Nec nos turbare debet difficultas de Ideis, quae à parte rei censentur esse in Deo, & tamen ex vi beatae visionis à Beatis de facto non videntur, etenim non formaliter, ac veluti subjectivē possibili fecundario cognita, ut dictum est disp. 3. qu. 2. Neque sermo tantum est de praecisionibus formalibus, quas solas admittunt praesertim in creatis Neoterici quidam juxta Nominatum dogmata, sed etiam de objectivis, quae esse necessitatis, admittendas, tam in divinis, quam in creatis contra illos ostentant, di. disp. 6. Met. q. 16. Imò impossibiles esse praecisiones formales sine objectivis; Itaque visio beata erit passiva, si per eam videtur praecisionem fecundario cognita, ut dictum est disp. 3. qu. 2. Neque visus attributis, vel relationibus, talis namque visio utique praecisionem dicitur esse, si enim tendens in solam essentiam diceretur praescindere à relationibus, vel attributis, quia per eam non attingeretur quod si necessarium per eam videri debet objectum secundum omnem formalitatem in ipso inclusam, & à parte rei repertam, scilicet cum omnibus attributis, & relationibus, praecisionem planē dicitur non potest.

217 Negantem partem pugnantissimē passim tuerent Thom. dicentes, nec de potentia absoluta fieri posse, ut videatur divina essentia sine personis, vel sine aliquo attributo, vel una perfectio sine alia, vel una persona sine alia; Ita Bannes p. 1. qu. 12. art. 7. Zúmel ibi disp. 2. Nazarius, Basolus, Molina art. 8. disp. 4. Cajet. 2.2. qu. 2. art. 8. Scotus 4. d. 49. q. 3. art. 3. Suarez lib. 2. de attributis c. 22. & 23. Beccan. c. 9. qu. 12. Vasquez disp. 48. Machin, disp. 19. Lezana tr. 3. disp. 3. q. 2. Amicus disp. 9. sec. 18. & alii passim, licet in fundamentum non satis conveniant, ut patet apud Amicum cit. ubi plures aliorum rationes rejicit, ut inuisiles. Affirmantem docuit Scotus cum suis 1. d. 1. qu. 2. art. 2. ubi Mairon, Licher, Basolus, Burgius, Vigerius, Faber p. disp. 9. cap. 3. Rada part. 1. controverſ. 6. Gallus in 3. d. 14. q. 1. praelud. 4. disp. 2. sec. 4. & probabiliorē putat Lufitan. citat. art. 3. Poncius disp. 4. q. 6. Vulpes disp. 26. art. 1. Smiling, tract. cit. Sghemma tit. 32. qu. 5. & alii Scotistae passim, quorum praecipuum fundamentum videtur esse formalis distinctio ex natura rei attributorum, & personalitatum ab essentia, nam quae sunt à parte rei saltem, formaliter distincta, possunt distinctis actibus intuitivē cognosci, ut fuso ostendi disp. 6. Met. q. 17. ubi statuitur, & per actus intuitivos fieri posse praecisionem inter plures ejusdem rei formalitates, etiam si inter se realiter identificatas, dummodo sit formaliter inter se ex natura rei distinctae, qua ratione ibi talem praecisionem ad mittimus inter gradus metaphysicos, ut inter animalitatem, & rationalitatem; Hanc eandem sententiam sequuntur etiam quidam Neoterici, etiam si talem distinctiōnem non agnoscant inter essentiam, & personalitates, ac attributa, sed solam virtutalem, hanc enim putant sufficere, ut possit essentia videri sine personalitatibus, & attributis, atque unum attributum sine alio; Ita Aversa quaest. 12. sec. 23. Salas tom. 1. in part. 2. quaest. 5. tract. 2. disp. 4. sec. 2. Grand. p. 1. tom. 1. controverſ. 1. trac. 5. disp. 7. Hurtad. in Met. disp. 6. sec. 6. Ariaggi disp. sec. 6. admittit, posse divinitus videri essentiam sine attributis, & intellectum sine voluntate, quia inter hae distinctiōnem saltem virtutalem agnoscit; negat verō de essentia in ordine ad attributa, & de attributis invicem comparatis, quia enim inter ista nec quidem virtualis distinctio reperitur, nisi, omnia necessaria videri debere, si unum videatur; Ad id autem Aversa, quod non potest per illam visionem, quae de facto est in Beatis, ita videri Deum, ut non videatur omnia, quae in ipso sunt formaliter, sed si esse possibilis visio inadaequata, quia non videntur omnia, quae sunt formaliter in Deo, esse diverse rationis à visione, quae de facto est in Beatis, cui consentit Smiling, loc. cit. n. 112.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvitur Quaestio.

218 **D**icendum est, etiam stante summa reali identitate, & simplicitate omnium, quae sunt in Deo cum essentia ejus, adhuc possibile esse de potentia Dei absoluta, ita videri Deum, ut non videantur omnia, quae sunt formaliter in Deo, posseque videri essentiam sine personis, & in essentia unam perfectionem sine alia, & inter personas pariter unam sine alia. Fundamentum commune Auctoribus secundae sententiae ex Scoto desumptum quamvis loc. cit. eo non utatur, quia nondum statuerat formalem distinctiōnem inter essentiam, & relationes

est, quia de facto, & realiter aliquid convenit essentiae, vel alicui divinae perfectioni à parte rei, quod non convenit relationibus, aliique perfectionibus, non obstante summa earum reali identitate; ergo sic etiam poterit essentia, vel aliqua perfectio Dei terminare visionem intellectus creati, per quam non simul alia omnia videantur; antecedens est doctrina fidei, communicatur enim essentia divina personis productis, & non communicatur paternitas, nec filiation; Patet per intellectum generat Filium, & non per voluntatem; per voluntatem spirat Spiritum Sanctum, & non per intellectum; unio hypostatica in Christo immediate terminatur ad solam Verbi personam, & non ad essentiam, neque ad alias personas; quae omnia salvantur per distinctiōnem formalem ex natura rei, à Scoto positam inter essentiam, & relationes, ac etiam inter essentiam, & attributa, & inter haec quoque invicem comparata, & Recentiores praetendunt salvari per solam virtutalem; ergo eadem distinctio sufficiens erit pariter, ut essentia divina possit terminare visionem intellectus creati, etiam si non terminetur ad alia in ipsa inclusa ex natura rei per ealem identitatem; consequentia patet, quia iuxta rationem naturalem difficultiora apparent assumpta in antecedente, quam deductum in consequente, siquidem illa indicant diversitatem aliquam intrinsicam in Deo, sed per actum visionis solum extrinsecē attingitur Deus ab intellectu creato. Hic est ratio praecipua, quam adhibet Recentiores cum Scoto ad probandam conclusionem; quae quomodo illis suffragetur negantibus inter essentiam, & relationes, & attributa formalem distinctiōnem ex natura rei, & solam admittentibus distinctiōnem ex natura rei, & solam admittentibus distinctiōnem virtutalem, vel rationis ratiocinatione, non satis video, quandoquidem, ut ex professo tractavi in disp. 2. qu. 1. contradictoria praesertim in antecedente assumpta, cum actu ex natura rei verificantur, citra omnem intellectus operationem de essentia, & relationibus, & non virtualiter, vel fundamentaliter tantum, planē majorem inferunt distinctiōnem inter illa extrema, quam solam virtutalem, aut rationis ratiocinatione, siquidem contradictio talis est naturae, ut talem inferat, & arguit distinctiōnem inter extrema, de quibus verificatur, quibus omnino ipsa est, non majorem, nec minorem, ut fuso loc. citat. diffusum est; ergo sola distinctio virtualis, vel rationis ratiocinatione non sufficit ad ea contradictoria salvanda, neque pariter sufficiens erit ad salvandum, quod essentia possit terminare visionem intellectus creati, quam non terminent relationes, & attributa illi omnino identificata sine repugnantia.

Hinc etiam non video, quae ratione voluerit Poncius, ut hoc fundamentum, abstrahendo à distinctiōne formali, quae est in controverſia, sola contentus distinctiōne virtuali, imò rationis, sic arguens, ita se habet divina essentia ad relationes, & attributa, quomodo oblique distinguantur, sive formaliter, sive virtualiter, sive ratione, ut relationes possint immediate terminare realem unionem, sine eo, quod essentia illam terminet; ergo essentia potest videri sine relationibus, & attributis quomodo oblique distinguatur ab ipsis, quae unquam enim distinctio sufficit ad unum, sufficit ad alterum. Planē satis inconsulto assumit illud antecedens, ut verum (nisi forte assumat ad hominem) quia secundum veritatem, & praesertim in schola nostra distinctio virtualis, & tantò minus rationis, sufficiens non est, ut relationes possint à parte rei terminare realem unionem, sine eo, quod essentia illam terminet; quia contradictio est actualis à parte rei, ergo ad eam salvandam absque repugnantia, extrema, inter quae verſatur, supponi debent pluraquam ratione, ac virtualiter distincta. Tum quia late probatum est disp. 6. Met. q. 17. per actus intuitivos distinctiōnem rationis fieri non posse, quavisunque illa fuerit, sive rationis ratiocinantis, sive ratiocinatae, quia distinctio rationis ponit aliquid in objecto, quod non habet à parte rei, nam facit ipsum distinctum, & multiplex, cum tale non sit à parte rei; sed cognitio intuitiva non ponit aliquid in objecto, quod non reperitur in ipso à parte rei, alioquin aliter illud representaret, ac sit à parte rei; ergo distinctio rationis in objecto, & cognitio ejusdem intuitiva omnino repugnant; Tum quia quantumcumque concedatur, notitiam intuitivam posse esse aliquo pacto inadaequatam, & praecisivam, nunquam tamen potest hinc sufficienter probari, quod praecisio facta per ipsam inter plures formalitates, vel praedicta ejusdem rei, possit haberi beneficio solius distinctiōnis rationis ratiocinantis, vel ratiocinatae, nam de ratione notitiae intuitivae est, quod exprimat objectum, in quod tendit, ut est à parte rei, sed exprimit distinctum per rationem, & multiplex, quod est unum, & idem omnino à parte rei, non exprimit id, quod convenit objecto à parte rei, sed tantum per operationem intellectus 1. ergo &c.

200 Dices, notitiam intuitivam exprimit rem, sicut est, non tamen semper adaequatē, unde si res habeat distinctiōnem virtutalem,





verò per actum alterius rationis, probat per discursum jam factum id posse fieri manente eodem actu, quia manet eadem habitudo ad obiectum primum & quod hoc fuerit mens Doctores colligitur ex verbis que præmittit ante illum discursum, dicens modus ponendi est iste &c. quibus indicat in eo discursu supponere eamque probatum, quod visione beata potest videri essentia non visis personis, & per illum discursum postea docet modum ponendi, quod id fiet, quod nempe fiet eodem actu manente essentialiter invariato per continuatam habitudinem ad obiectum primum, & solum variato accidentaliter ob defectum habitudinis ad obiectum secundarium; & ideo data opera hanc Sc. rationem non adduximus ad probandam principaliter conclusionem, uti solet adduci a Scotistis, sed ad probandum, quod foret eadem visio essentialiter, quia videretur essentia sine personis in nostra hypothesi, cum ea, qua modo videtur cum personis.

234. Hac animadversione præmissa pro recta hujus Scotice rationis intelligentia jam dico, Doctorem in ea accipere vocabulum primum, & secundum obiecti posteriori modo, ex duobus indicatis in Adversariorum responsione, per primum nempe intelligens, quod per se cognoscitur, & per propriam motionem, & est id, per quod cognoscitur alterum, quod hac ratione dicitur secundarium, quia nempe cognoscitur in virtute alterius, & est id, per quod cognoscitur alterum, quod hac ratione dicitur primum, quia nempe movet ad visionem, & motum sui deinde ad visionem, & amorem creaturatum in Deo, in quo sensu nemo Scholasticus negat, relationes quoque, & attributa spectare ad obiectum secundarium, quatenus cadunt sub divino intellectu virtute essentia, & non immediate, quod est esse secundarium illius obiectum, & quomvis aliqui contendunt, pertinere ad primum, quatenus sunt eadem res cum obiecto primo, que non est, nisi contentio de nomine, sic autem sumpta appellatio primarii & secundarii obiecti bene adsumit Doctor in maiori, actum habent obiectum primum, quia essentialiter dependet, & secundarium, quia essentialiter non dependet, sed tendit in illud virtute primarii obiecti, posse eundem manere, si sit tantum obiecti primi, & non secundarii, & consequenter primum posse sine secundario cognosci, quia unitas actus attenditur ex unitate obiecti primarii, & prius, inquantum prius potest esse sine posteriori, nisi specialis repugnantia assignetur, ergo actus cum tendentia in primum obiectum perseverare potest idem sine tendentia in secundarium obiectum, a quo non ita essentialiter dependet, quod autem nequeat assignari specialis repugnantia ex aliqua necessaria coniunctione obiecti secundarii cum primario, ut inquit Adversarius ostendit Doctor solvendo eorum implicantias, quibus excluditur generalis ratione motionis obiecti primarii recte Doctor deducit etiam essentiam divinam, tanquam beate visionis primum obiectum posse movere ad visionem sui, quia movet ad visionem personarum, eo præsertim quia talis motus sit in genere cause efficientis, & in ordine ad intellectum creatum est omnino libera, quare si nullum intervenit impedimentum, ex parte identitatis relationum cum essentia, ut non intervenit, satis aperte demonstratum est, nulla remanere ratio, qua negatur nostra conclusio, & hæc est probatio, quæ Doctor ipse subdit in allato discursu, dicens, sicut igitur Deus absque contradictione potest cooperari ad actum, inquantum tendit in primum obiectum, non cooperando in ipsum, inquantum tendit in secundum, ita sine contradictione potest cooperari ad visionem essentia, vel fruitionem, quia essentia habet rationem obiecti primi, non cooperando eidem actui visionis, vel fruitionis, inquantum tendit in personam, que habet rationem obiecti, quasi secundarii.

ARTICULUS SECUNDUS.

Thomistarum implicantiæ explicatur.

235. In oppositum varias nituntur Thomiste adducere implicantias nostri asserti, Primò instant, repugnat identitati divinam perfectionem, quod probat ex verbis Chr. Io. 14. Qui videt me, videt & Patrem, quia ego in Patre, & Pater in me est, ubi ex identitate omnium, que sunt in Deo cum essentia divina Christus ipse confitetur esse videtur, non posse videri quidquid sine omnibus, que sunt in Deo, juxta expositionem Greg. Naz. Orat. 49. Quia unitate substantia, & maiestate, divinitatis unum sunt, Confit. ratione, quia implicat videri aliquid, ut est in se, & non videri id, quod est idem cum illo, sed essentia divina est idem cum personis, ergo implicat videri essentiam sine personis, probatur maior, quia sequenter idem videri, & non videri, videretur enim, quia supponitur in seipso videri, non videretur autem, quia non videretur id, quod est idem cum illo.

Rep. etiam ex Adversariis, quamplures, ut Lezan. Amicus, Suarez, & alios ingenue fateri hæc implicantiæ ex identitate personarum, & aliorum perfectionum in essentia deducta non urgente, quia distinctio formalis secundum nos, & virtualis secundum illos

quæ dicimus reperiri inter essentiam, & personam, ac attributa sufficienti est ad verificanda de Deo contradictoria prædicata, quæ sunt illa, essentia communitur, relatio non communitur personam, terminat unionem hypostaticam, non terminat essentia divina, ergo similiter eadem distinctio virtualis sufficere poterit ad hoc, quod dicatur posse videri essentiam, non visis personis, & attributa. Ad instant alique Recentiores, distinctionem, nec formalem, nec virtuale sufficere ad hæc contradictoria verificanda, licet sufficere ad illa, quia non minus contra dictoria opponuntur videri, & non videri, quam existere, & non existere, produci, & non produci, moveri, & non moveri, sedere, & non sedere, sed inter ea, que identificantur repugnant, unum existere, & non aliud, unum produci, & non aliud, &c. ergo sicut propter realem identitatem animalitatis cum rationalitate in homine, repugnant, animalitatem hominis moveri, & non moveri, rationalitatem, ita inter formalitates plures invicem realiter identificatas repugnant, unam videri, & aliam non videri. Respondeo, si hæc instantia valerent, nedum probaret, per actus intuitivos nullam præfessionem fieri posse inter realiter identificata, sed nec etiam per abstractivos, quod tamen a nullo negatur, quod autem hoc sequatur, patet, si idem argumentum construat de actu abstractivo, quod factum est de intuitivo sic; non minus contradictoria opponuntur cognosci, non cognosci abstractivè, quam existere, & non existere, sedere, & non sedere, &c. de hac autem instantia, qua præcedunt prædicti Recentiores funditus evertere præfessiones obiectivæ præsertim in creatis inter gradus metaphysicos cumulatè dixi disp. 16. Met. q. 16 n. 310. nihil omnino concludere, quomvis enim omnia contradictoria eque in vicem repugnent quoad veritatem, non tamen quoad inferendam distinctionem inter extrema, de quibus verificari debent sine repugnantia; non sunt quædam prædicata contradictoria, que spectant ad esse identitatis, ac entitativam rei, quatenus afficitur rebus physicis, & realiter considerant secundum se totam, & talia sunt existere, & non existere, produci, & non produci, moveri, & non moveri, sedere, & non sedere, unde nequit homo moveri, vel sedere, secundum animalitatem, & non secundum rationalitatem, quæ verò sunt contradictoria minoris momenti, que respiciunt esse formale rei, unde non absolute, & simpliciter de re enunciatur, sed cum replicatione alicuius formalitatis, quare ad ea respondentia sunt etiam formalitates diversitas, & talia sunt cognosci, & non cognosci, videri, & non videri, que cognosci est affectio intentionalis à potestati præfessionis procedens, que potest unam rei formalitatem attingere, non attingendo formalitatem alteram; talia etiam sunt contradictoria prædicata, que absque repugnantia verificantur in Deo de essentia, & personalitate, quod hæc communicatur, non illa, hæc terminat hypostaticam unionem, non illa, verificantur enim ratione diversitatis formalitatum, alioquin verificantur contradictoria primi generis, ut existere, & non existere, sedere, & non sedere, unum loco, modò in Deo verificari possunt, quate etiam ipse Ariana dicitur, cit. n. 40. concedit, distinctionem virtuale in divinis, que sufficit ad prædicata illa contradictoria componenda communicari, & non communicari, incarnari, & non incarnari, sufficere etiam ad cognosci, & non cognosci, videri, & non videri, atque ita repugnat visionem, que solum respiciat essentiam, non verò relationes, sicut sola essentia communicatur, nullo autem modo relationes.

Ad argumentum itaque in allegata auctoritate fundatum respondetur ex Scot. 4. d. 49. q. 4. in fine ibi sermone non esse de visione clara, sed enigmatica per fidem, quia non petebat Philippus, tunc sibi Patrem ostendi per visionem beatam, quod sciebat, homini mortali non concedi, sed petebat, sibi à Christo explicari, quoniam esset ille Pater, cuius eo loco toties meminerat, atque ita postulabat, solum in se de instrui mysterii Trinitatis, & eodem modo Christus eum ibi instruat, dicens, non credis, quia ego in Patre, & Pater in me esse credere autem est per fidem cognoscere, atque ita juxta hanc interpretationem, quom fusc professus fuerit Vasq. disp. 48. c. 3. Christus Philippo respondet, qui videt me, videt & Patrem meum, petens, ac si diceret, qui credit in me, credit in Patrem, pro qua interpretatione non desinat Patres, Quod si placet locum illum exponere de clara visione, tunc intelligendus est secundum modo de facto exerceri, quodque consentaneum est divina simplicitati nullo interveniente miraculo; ut Scotus explicat, p. d. 2. q. 2. art. 4. hoc autem non obstat, quin aliter possit venire de potestate Dei absolute, & supposito miraculo. Ad Confrim. dicendum, quod licet in Deo nulla detur distinctio rerum, excepta distinctione personarum, tantum multiplicatas formalitatum, atque earum distinctionem ex natura rei, secundum quas non repugnat eadem rem videri sub una ratione formali, & non sub aliâ, per quod tollitur omnis contradictio. Neque est peculiaris difficultas in hac materia, sed communis in materia de Trinitate, & incarnatione ab omnibus solvenda ut notat Smiling. cit. n. 18. in quibus fieri solent huiusmodi præfessiones, Pater, & Filius in divinis sunt unum, sed Pater generat

Filius

Filius non generat, ergo unum idemque generat, & non generat, item Filius est incarnatus, & non Pater, ergo unum, & idem est incarnatus, & non incarnatus, & non possunt alter alteri dissolvi, nisi dicendo, Pater, & Filius esse unum sub ratione absolute, non verò relativa, & sub ratione autem relativa Patrem generare, & Filium esse incarnatum, & sub ratione absolute non esse incarnatum, nec Patrem generare, atque ita illud unum, quod est Pater, & Filius non sub eadem ratione generare, & non generare, esse, & non esse incarnatum.

237. Secundò implicantiæ deducuntur ex summa Dei simplicitate, & coincident cum præcedentibus, omnes personæ, & attributa sunt una, & eadem simplicissima entitas cum essentia divina ad instar pancti indivisibilis, si ergo videretur Dei essentia, non potest non videri omnis perfectio, & relatio personarum. Confrim. quia implicat, videri Petrum non visio Petro, non ob aliam rationem, nisi quia Petrus est idem secum, sed tam idem est essentia cum paternitate, quam Petrus est idem secum. Demum si Deus esset unius personæ, essentia sine personis, videri non posset, quia essentia esse idem cum persona, fed tam idem est essentia cum tribus personis, quam idem tunc esset cum ea, ergo &c.

Rep. negando consequentiam, quia licet in Deo non sit distinctio rerum, excepta personali, est tamen distinctio formalitatum, quare sicut non obstat summa simplicitate potest communicari essentia, non communi, & talia relatione, poterit etiam essentia videri non visis talibus, ob virtuale, vel formale earum distinctionem. Ad Confrim. negatur minor, quia non tanta identitas inter essentiam, & personam divinam, quæ est inter Petrum & Petrum; hæc enim est identitas naturæ realis, sed etiam formalis, illa verò est identitas realis tantum, non verò formalis; Deinde quævis Petrus nequeat videri, seipso non visis, bene tamen videri potest natura Petri absque persona, si enim potest assumi humanitas Christi absque persona, sic patet videri potest natura, & non persona. Ad ultimum si fingeretur Deus una persona, hoc est una natura singularis, selecta omni suppositivitate, & substantia incomunicabilis, sicut modo loquimur de individuo Deitatis, conceditur maior, fed negatur minor, ut verò poneretur persona una, qualis modo est solus Pater, per veram scilicet suppositivitatem, & substantiam incomunicabilem naturæ intellectualis, negatur maior, quod non posset videri Deitas personalitatem non visam, quoniam licet illa persona esset unica, & absoluta, adhuc naturam haberet singularem ex natura rei formaliter à personalitate distinctam. Sed instat aliqui, quod omnes divinæ perfectiones non solum hæc realiter includunt, sed etiam essentialiter, at impossibile est, quicquam videri non visis omnibus, que sunt de eis essentialiter, ergo, &c. Sed si per inclusionem essentialem istis essentiam, & personam, quam realiter identitatem, sicut in omnino assumunt, quia tollunt omnem distinctionem formalem, & virtuale inter divinas perfectiones, gratis quidem concedimus personam in divinis includere essentialiter essentiam, & relationem, at, que ideo absolute repugnat, ut persona divina videretur sine essentia, vel relatione, ex quibus constituitur in esse persone divine, sicut impossibile est videre humanitatem sine animalitate, & rationalitate, & universali-ter quodqueque constituitur sine suis intrinsicis constituentibus; Verum hoc modo nec essentia includit relationes, & attributa, neque e contra, nec unum attributum aliud, & præterea argumentum teo, quæque potest, quod essentia communicari nequeat sine relatione, sicut communicari nequit humanitas Petro sine animalitate, & rationalitate, cum sine essentialibus ejus constitutivis, vel si talis identitas, & inclusio essentialis non impedit contradictoria illa prædicata, quia adhuc verificentur sine repugnantia, neque etiam obstat in proposito, quia potest videri essentia sine relatione.

238. Tertio deducunt repugnantiam ex parte visionis, quatenus intuitiva est, nam ut sic est visio rei existens, sicut est in se à parte rei, sed intuitiva videri non potest, sicut est in se à parte rei, sed potest aliter, quam est, arguendo sicut Lezana, & alii. At Amicus ingenue fatetur, non convincere, nam si videretur Deus secundum esse absolute, & non secundum esse relativum, videretur ut est in se, licet non adæquate, nam secundum eam perfectionem, secundum quam videretur, non videretur aliter, quam est in se, quod si videretur est in se, intelligat arguere videri secundum omnem perfectionem, & absolute, & relativam, negabit Adversarius, hoc esse necessarium ad visionem intuitivam, sed sufficere, si videretur, ut est in se inadæquate secundum unam tantum perfectionem, contentendere autem, hoc esse de ratione visionis intuitivæ, ut tota res videretur, est credere de eo, quod in controversiam vertitur, & pro ratione assignare id ipsum, quod controversatur, aut certe tenentur arguere assignare implicantiæ, quare nequeat dari visio representans perfectionem absolutam in Deo absque, quod eadem visio representet perfectionem relativam, atque ita est, quæ rationi occurrit Averfa, quod dupliciter potest Deus videri, sicut est, uno modo adæquate quoad

omnia, que in se habet ex natura rei, quomodo de facto videtur à Beatis, alio modo inadæquate, scilicet quantum ad aliquam perfectionem, ita ut præcisè videretur, sicut est, secundum rationem talis perfectionis, quo pacto de potestate absoluta videretur essentia sine personis, sicut est, quia videretur, sicut est in sua ratio essentia, non autem sicut est, ut subsistens in tribus personis; nec preterea videretur aliter, quam est, quia intellectus non videret essentiam non existere in tribus. Hæc tamen responsio Recentiorum nostram sententiam tenentiam, & solum distinctionem virtualem admittentiam inter essentiam, & relationes, non sufficienter evadit argumentum, ut constat ex dictis n. 220. quia si essentia à parte rei actualit. nullo modo distincta est ab attributis, & personalitatibus, qui videntur essentiam, necessariò etiam videntur attributa, & relationes, quia entitas illa indivisibilis, ac veluti picturalis, que est essentia, si præfessionibus admodum, & ab imperfecto, ac inadæquato nostro concipiendi modo, eamque spectemus in suo esse reali actuali ante quæcumque intellectus operationem, sub qua ratio in illa fertur visio intuitiva, est realiter, & formaliter singularitatem quodlibet attributi, & quilibet personalitatis, & quodlibet aliud reale, quod in illa esse formaliter dicitur, at bene arguit Fasiloc. cit. ergo si videretur intuitivè essentia, & non videretur attributum, aut personalitas, sequeretur, eadem essentia videri intuitivè, ut supponitur, & non videri, ut efficatè probat ratio. Ex quo etiam deducitur, eis non suffragari distinctionem de visione Dei, sicut est à parte rei ad se, & inadæquate, enim si non admittunt distinctionem formalem inter essentiam, & relationes actuali, ante quodcumque opus intellectus, illa visio dicitur inadæquate præcisè, ex parte nostri intellectus inadæquate concipientis; & intelligibiliter dividit obiectum à parte rei penitus indivisibilem in plures formalitates, ergo nulla divina perfectio exprimitur, sicut est à parte rei in se, quia à parte rei præcisè non est ab aliis nec realiter, nec formaliter, sed tantum subest nostro imperfecto concipiendi modo, nec juvat dicere, esse præfessionem absolute, & absolute, & absolute, quia talis præfessionis à parte rei stat cum summa unitate, & identitate, tam reali, quam formali omnium illarum perfectionum. Tam quis, ut dicebamus n. cit. 222. cognoscit intuitivè, quia re ipsa, ut est à parte rei, re ipsa, ut est adæquate, quia adæquate illa exprimitur, quæ ex diversis formalitatibus in regitur per realem eam identitatem, tamen in ordine ad illam formalitatem, quæ exprimitur ab aliis, præfessionem, sam, debet esse adæquate, quia adæquate illa exprimitur secundum rationem quidditivam talis perfectionis, ergo ita se habet à parte rei citra quæcumque intellectus operationem, inadæquate concipientis totam illam rem, aut solum ita se habet, quatenus subest nostro imperfecto concipiendi modo, si primum illam illa præfessionis in obiecto totali erit ex natura rei præcisè actualiter ab aliis, atque ita exprimitur illa secundum suam peculiarem rationem erit talis conceptus illi omnino à parte rei adæquate, & secundum, ergo à parte rei erit illi omnino inadæquate, nec illam exprimet, ut est à parte rei, quoniam à parte rei supponitur penitus indivisa, & unita, tam realiter, quam formaliter, & per actum intuitivum representatur, ut indivisa in se formaliter, & divisa ab omnibus aliis formalitatibus ejusdem obiecti totalis.

Rep. itaque ex dictis n. 224. quod visio terminata ad essentiam præfessionis relationibus esset intuitiva, quia adhuc esset rei singularis, & existentis, ac etiam in se absolute, & absolute, sicut hæc omnia sibi vendicet essentia citra relationes, videretur Deus, sicut est, prout Deus supponit pro formali ratione Deitatis; non tamen sicut est, prout Deus supponit pro persona, seu supposito quoniam de ratione formali Deitatis non est personalitas, sed tantum de ratione formali suppositivæ, essentia autem visionis intuitivæ absolute loquendo non est, ut necessario representet rem, seu quendam omnes condiciones, quas sibi vendicet, tam identitè, quæ formaliter, hoc enim potius spectat ad rationem notitiæ comprehensivæ, sed sufficit, ut representet obiectum, sicut est, secundum condiciones, & prædicata, que sunt de eius formali ratione, dixi autem, absolute loquendo, quoniam notitia intuitiva naturaliter terminatur ad rem cum omni modo sibi realiter identificato, quia cum omnibus illis ad visionem concurrentibus, at vero quando præfessionem aliquod intercedit miraculo, opus non est, obiectum concurrere ad visionem cum omni modo, cum quo existit, sed sub illo tantum modo, sub quo Deus vult videri. Neque ob id diceretur Deus videri aliter, quam sit, tunc quia intellectus per eam non videret essentiam non existere in tribus personis; tunc quia licet per eam non represententur persone, tamen ipsa essentia divina verè ita se habet secundum id, quod videretur, quia verè habet suam existentiam, & substantiam absolutam præfessionis relationibus; & quomvis talis notitia diceretur inadæquate respectu illius, quantum ad omnem id, quod continet, tamen identitè quæ formaliter, at tamen adæquate ad hæc diceretur, quantum ad omnem id, quod continet formaliter, ut sua prædicata quidditivæ, & in hoc sensu est, adæquate diceretur illa exprime, sicut est à parte rei, est, fed secundum rationem talis perfectionis, sed Fasiloc. dub. 2. cit. n. 9. probat, etiam admittit formalis

239

Magistris in sent. Tom. I.

distinctione inter essentiam, & relationes ad huc necessarii esse videre omnia, que sunt in Deo formaliter, quia ex vi intuitivis obiectum ita adaequate debet apparere in mente, sicut est a parte rei in seipso; sed essentia divina secundum Scotum ita est a parte rei formaliter distincta ab attributis, & personalitatibus, ut sit etiam a parte rei illi realiter identificata; ergo visio intuitiva secundum adaequatum suam vim connaturaliter petit exprimere essentiam non solum, ut distinctam ab his, sed etiam, ut identificatam cum his. Nihilominus ipse quoque; Falsus ibidem fateatur, quod posita in Deo distinctione formalis Scotica, predicta naturalis necessitas ostendendi omnia per visionem intuitivam non est tanta, ut non possit per divinam omnipotentiam impediri, ita ut visio, & lumen concurrant quidem ad demonstrandam rationem aliquam divinam, prout est in re, non tamen adaequate, sed inadaequate, hoc est, prout est formaliter distincta ab aliis, non autem prout est realiter identificata cum illis; sic enim illa ratio videretur simpliciter, prout est in re, atque adeo intuitiva, quia illa ratio in re verè est distincta ab aliis, licet etiam sit realiter identificata cum illis; de essentia autem visionis intuitivæ fat est representare obiectum, prout se habet in se, secundum aliquem modum, & non est necessarium, ut representet secundum omnes modos; ita Falsus loc. cit. in quo optimè discutitur consequenter ad opinionem Scoti in hac materia, ad missa formalis distinctione inter essentiam, & relationes, ac attributa.

240 Dices, visio intuitiva per hoc distinguitur ab abstractiva, quòd illa exprimit totum obiectum, & adaequate, hæc verò partem tantum obiecti, & inadaequate; & dicitur abstractiva, quia abstractiva ab aliqua formalitate, a qua non prescindit intuitiva; ergo implicat, dari visionem intuitivam essentiam, quæ non exprimat omnes formalitates sibi realiter identificatas. Respondetur, quando aliquod obiectum continet in se plures rationes sibi realiter identificatas, quarum aliqua conveniunt ei in primo modo, ac velendi per se, & quidditative, aliæ verò in secundo modo, ac velendi qualitative; duplex cogitari potest notitia intuitiva in tale obiectum tendens; una que exprimat illud secundum omnes profunditates in eo contentas; alia verò, que exprimat illud secundum aliquas tantum, & præsertim illas, que sunt de eius essentia; prima dicitur omnino adaequata, & pertinet ad cognitionem comprehensivam; altera verò, licet sit inadaequata confiderando obiectum, quantum ad omne id, quod continet, tam identice, quam formaliter, attamen adhuc adaequata dici potest considerando illud, quantum ad id, quod continet formaliter, & in ordine ad illam rationem, secundum quam videtur, & exprimitur; unde licet respectu obiecti totius secundum omnem suam continentiam possit dici abstractiva, & præcisa, quia illud totum non exprimit, sed partem, tamen in ordine ad illam formalitatem præcisam, quam exprimit, & attingit in seipsa immediate, & non in specie, omnino intuitiva dici debet, præsertim si de se fuerit singularis, & existens, prout est in proposito divina essentia; hoc enim satis est, ut adhuc cui omni proprietate intuitiva dicatur, ut dicitur in n. 233. quomodo autem notitia intuitiva, & abstractiva fecerint ab invicem ex Instituto diximus dist. 6. de Anima q. 11. n. 319. Dices, visio intuitiva est distincta, & perfecta rei cognitio; sed visio essentia siæ suppositis, & personis est cognitio cõsua, quia est cognitio alicuius rei cõmunis, & abstractivè à pluribus, in quibus existit, est etiã imperfecta, quia nõ est visio rei adaequata, sed inadaequata, & quasi secundum partem; ergo nõ est intuitiva. Resp. ex modo dictis ad maiorem, esse de ratione notitiæ intuitivæ, ut res distinctè, & perfectè exprimat secundum illam rationem, & formalitatem, secundum quam videtur, & exprimitur, & ita ut illa in se existens, & præsens videatur, non verò per speciem, non autè semper oportet, esse ita distincta, & perfectam, ut res illa debeat per eam notitiam videri secundum omnem rationem, secundum quam est visibilis, adeò ut magis perfectè, & adaequata haberi non possit, quia ut sepè dictum est, potius id ad notitiã comprehensivã spectat, quam ad intuitivam, ut sic ad minorè verò negat Doctor loc. cit. E. visio essentia sine personis esse consuetam, quia licet sit cõmunis pluribus personis, non tamen cum sui divisione, ut est natura cõmunis in creatis, sed adhuc est in se singularis, & existens, atque adeo est idoneum visionis intuitivæ obiectum, nequã ea sic distinctè cõcepta est, quousque personam distinctè videri, quia persona non est primus terminus visionis, vel fructus, & denique talis cognitio esset perfectè, & adaequata, quia perfectè, & adaequata essentia exprimeret, quoad omnia eius prædicata quidditative, præsertim verò quoad formalitatem, & existentiam, & existentiam, & existentiam propriè res dicitur intuitivè cognoscere, sub quibus rationibus videtur quoad formalitatem, & existentiam, & existentiam, quòd sit ita adaequata, reus, ut tendat in illam, & secundum se formaliter, & secundum omnia alia prædicata illi realiter identificata, sed hoc spectat ad notitiam comprehensivam.

241 Sed adhuc urgebis, hæc implicantiã ex ratione intuitivæ notitiæ deductam saltè convincere nõ posse, attributa sine essentia intuitivè cognosci, quia intuitiva cognitio dicitur esse rei existentiã, ut existens est, ac existentiã cõpeteri rebus, & nõ formalitati.

bus nõ omnes ita existunt per unicã, & solam eiusdem rei existentiã, ut in Metaphysica statutum est; cum ergo attributa in Deo nõ sint plures, sed plures formalitates eiusdem rei, scilicet divins essentia, sicut non habent propriam existentiam, ab illius existentia formaliter distinctam, ita per se illa cognitio intuitivam terminare non poterunt. Resp. non deesse ex Scoticis, qui non solum rebus, sed etiam realitatibus propriam formalitatem existentiam adscribunt, & præsertim perfectionibus attributalibus divinis, qui proinde negant minorem, sed aliam sectando viam, iam in Metaphysica insinuatam, de divinis attributis in ordine ad notitiam intuitivam idem dicendum est, quod ibi diximus dist. 6. q. 17. a. n. 324. de gradibus metaphysicis in creatis, solvendo idem argumentum, ubi concessa minori explicamus maiore, quòd cum dicitur, cognitio intuitiva esse rei existentis, ut existens est, non est in tanto rigore intelligendũ, ut intermediarum, & formalis obiectum intuitivum debeat esse existens propria sua existentia formalis, sed in hoc sensu, ut sit secundum se præsens potentia, & non per speciem, nam per hoc præcipue intuitiva cognitio fecerit ab abstractiva; hoc autem nedum rebus, sed etiam realitatibus cõvenire potest, quia potest una realitas fieri secundum se præsens intellectui, etiam in cognitione intuitiva sine alia, quicquid istam hoc evenire possit naturaliter, vel saltem supernaturaliter, & interveniente miraculo; de quo omnino videnda sunt dicta iam in Metaph. loc. cit. ubi omnia argumenta soluta a. n. 324. ad præsens intuitivum spectant.

242 Quartò deducunt alii repugnantiam ex parte visionis, quare, nus beata existat, ut sic est notitia intuitiva, sed natura Dei, ut prescindit à supposito, est obiectum abstractivum, sicut humanitas ut prescindit à Socrate; ergo ut sic non est sufficiens obiectum beate visionis. Tã quia obiectum beatificum est Deus, ut in tribus, hoc enim solum complexum fatiat intellectus, alioquin videns naturam divinam à supposito abstractã, laboraret naturaliter inquietudine sciendi, quomodo illa natura sit in supposito obiectum verò beate visionis debet fatiare intellectum. Tum 3. quia licet essentia divina præse sit, ratio beatifici obiecti, non tamen ipsa sola est obiecti beati, ut obiectum quod, nõ obiectum, quod, terminans visionem est, suppositum, siquidem actiones terminantur ad supposita ex 1. Metaph. nec potest obiectum quod terminare sine obiecto quo, ita dicitur in Caiet. a. 2. q. 2. ar. 3. verò, quod tertium. Tum 4. essentia divina non potest beatificè videri, quoniam videtur, ut summum bonum, ut radix, & fundamentum perfectionum attributivum, ac denique ut secunda, & communicabilis ad intra per intellectum, & voluntatem, alioquin quilibet alius conceptus, qui haberetur de essentia divina, non sic concepta, foret imperfectus, sed ut sic nequit videri, quoniam videtur relationes, & attributa, ergo sic ita videtur discutere Suarez, cap. 23. cit. n. 18. Tum 5. idem, quia si quis videret essentiam divinam, tanquam ens infinitum, & à se, utique assequeretur alia attributa, & perfectiones divinas, item ex uno attributo videret alia v. g. ex infinitate eternitatem, immensitatem, &c. quia videret unam personam v. g. Patrem, utique necessariò cognosceret, etiam dari filium, que sunt personæ correlativæ, ergo &c.

Resp. naturam divinam à supposito præcisam, prescindere quidem à supposititate, nõ tamen ab existentia, & singularitate, cum adhuc sic præcisa sit essentialiter existens, & singularis, quamvis autem obiectum ab existentia abstractivum sub notitia intuitiva non cadat, bene tamen sub illa cadere potest obiectum à supposititate sola abstractivum, atque id eo essentia divina sic abstracta est sufficiens obiectum visionis, & quatenus intuitiva, & quatenus beatifica Ad 2. verum est assumptum regulariter loquendo, & specificativè, non tamen reduplicativè, & de potentia Dei absoluta; ad probationem dico, quòd quantum pertinet ad fatieratem, & beatitudinem essentialem, fatiatur intellectus sufficienter per visionem essentiam, quatenus ens infinitum; visio autem aliorum pertinet potius ad fatieratem, & beatitudinem accidentalem, atque id eo illa potest absolute ab ista separari, nec ob id intellectus manet inquietus, sicut nec modo inquietus manet, etiam longè plura videri possit, quam videri, quoniam videns solam essentiam, adhuc possidet bonum infinitum, quantum recta dicitur conformis ordinationi divinæ. Ad 3. negatur assumptum, quia bonum infinitum, esset essentia, sola præcisa personis, est sufficiens obiectum in beatitudinis quo, & quod; ad probationem negatur ad obiectum quod requirit supposititalitatem, nec Arist. quædam dixi actiones terminari ad supposita, sed verari in singularibus, aut circa singularia, quatenus nihil nisi in singulari produci potest; & loquitur de actionibus productivis, nõ autem de operationibus intentionalibus, intellectibus, & volutatis, quas constat, etiam circa universalia verari, quare tantò magis verari poterunt circa ens singularissimum, quale est essentia divina, etiam ut prescindit à personis. Ad 4. notat Simling, q. 5. cit. n. 100. essentiam divinam non vendicare sibi aliquam veram relationem, seu habitudinem, ad attributa, & relationes ex eo, quòd sit radix, & fundamentum illo-

illorum, sed per entitatem suam absolutam terminari ad has proprietates, tanquam radicem illarum, nec esse necesse, quòd distinctè cognoscens absolutum cognoscat quoque omnem eius terminationem, nisi cognoscat comprehendivè; & que doctrina mihi placet, quia etiam humanitas v. g. in primo modo dicitur per se considerata est radix; & principium, & substantia, & non quidem per aliquem respectum transcendentalem, quem dicit ad suam passionem in primo modo dicendi per se, sed per se, sed per suam entitatem absolutam, licet hoc negamus declarate, nisi per aliquem respectum; quare iuxta hoc neganda est minor, quia in maiori supponitur essentia in sua entitate absolute involvere aliquos tales respectus transcendentales ad relationes, & attributa, tanquam radicem, & fundamentum illorũ; Deinde quando concederetur facultatem, & communicabilitatem eius tales respectus præferret, negandum est, quòd ei conveniant in primo modo dicendi per se, convenient enim tantum in secundo modo, unde potest quidditative cognosci, non cognitio huiusmodi respectibus, etiam intuitivè, quia secundum suam entitatem adhuc formaliter distingueretur ab huiusmodi habitudine, & ob talem formalem distinctionem potest intuitivè videri secundum suam entitatem absolutam, non visũ tali facultate, & communicabilitate, sicut Recentiores cit. n. 230. dicebant, hæc de causa Angelum ex virtute sua intuitivè videntem suam essentiam, non ob id cognoscere potentiam eius obedientialem ad supernaturalia etiam si sit realiter identificata. Denique quando etiam concederetur, sequentiam essentia dicere relationem ad personas, & quòd cognoscens intuitivè essentiam debet etiam intuitivè talem respectum attingere; adhuc tamen neganda esset minor, quòd etiam intuitivè cognosci debeant personarum termini talis secundariorum, ut dictum est n. 228. & 230. ad intuitivam notitiam relationis minime necessaria est distincta cognitio terminorum præsertim intuitiva, alioquin si divina omnipotentia talem respectum diceret ad creaturas, ut quidam opinantur, opus esset, Beatum illam intuentem videre etiam singulas creaturas, possibiles, qui sunt ens termini. Ad ut conceditur assumptum sed negatur consequentia, quia omnis illa cognitio aliorum deducta ex notitia intuitiva essentia concomitantur, non esset notitia illorum intuitiva, que ex suo genere est immediatè ac primariò attingit obiectum, sed esset alterius generis, nempe acquiriva, & habita per discursum.

243 Quintò Suarez, loc. cit. adhuc implicantiã urget ex alio capite, si essentia potest videri sine relationibus, aut id fieret eadè visione, quam Beati de facto habent faciente Deo, ut representet essentiam, & non personas, aut visione distincta ab ea; non primum, ut Scotus velle videtur, quia visio representat formaliter, ergo non potest eadem permanere, quin eodem modo representet, quia manente eadem causa formalis, non videtur idem effectus formalis, quare si semel beata visio representat essentiam cum personis, non potest eam representare cum illis; Nec potest dici secundum, quia vel esset species diversæ, & hoc nõ, quia communiter supponitur, omnes beate visiones esse eiusdem speciei, vel esset solo numero diversæ, & neque hoc, cum vix intelligi possit, quòd modo uno actus natura sua representet essentiam, & personas, alius verò eiusdem speciei essentiam præcise. Dices, fieri posse, ut maneat illa visio non in totum in se immutata, sed ex parte diminuta, & id eo manere posse representando essentiam, & non personas, quia potest ab ea auferri id, quo representabat personas, & relinquere id, quo representabat essentiam. Ad contrã instat, quia visio per eandem entitatem omnino indivisibiliter representat essentiam, & personas ex natura sua, & id eo non potest unũ auferri manente alio, quia in ipso actu sunt omnino, & adaequate idem, tum quia illa manifestatio fit in genere causæ formalis, ergo nequit à Deo impediri per extrinsecum concursum, quod fuit argumentum Bassol. p. d. q. 1. art. 3.

244 Respondetur dictis n. 232. hoc fieri posse per eandem visionem secundum substantiam, & solam accidentarè aliquatè variatam, & ratio est, quoniam innuit Doctores, quia visio beata suapte naturæ tantum representat divinam essentiam, tanquam obiecti primarii, & nõ personarum, nec attributorum, quorum extrinsecè tantum, & concomitantè est representativa ratione clarè revelationis in essentia facta per voluntatem divinam, novos attingentem, seu representationis respectus ad entitatem entiatè absolute actus beatifici in ordine ad obiecta secundaria, ut beatus notat Valp. cit. art. 4. n. 9. quare falsò supponit Suarez, visionem esse suapte natura representativam essentia, & personarum, quia nulla ratio creata ex se, & intrinsecè est representativa plurium obiectorum formaliter distinctorum, hoc enim solum peculiare est in visione formaliter infinitè perfectionis, ut ex Instituto ostendi dist. 6. de anima q. 9. a. n. 263. & visio beata non est suapte natura representativa, nisi divina essentia aliorum verò, non nisi per accidentis, & concomitantè, sicut in universum dixi dist. 6. cit. de an. q. 3. n. 45. & 46. actum intellectivum per se primo non esse representativam, & exprædium, nisi

Maffri in sent. Tom. I.

obiecti primarii, à quo pariter, & essentialiter dependet, & solum respectu attingentis, & representationis in ordine ad illud esse sibi realiter identificatum, non autem in ordine ad obiectum secundariũ, cum non nisi per accidentis, & concomitantè illud representet, & id eo in proposito tales respectus attingentis, & representationis in visione beata ad relationes, & attributa possunt à Deo tolli, & impediri, & in hoc sensu effect ex parte diminuta quoad accidentalia; quoniam verò maneret essentia respectus attingentis, & representationis in ordine ad obiectum primarium, cum sit ei realiter identificatus, quoad substantiam actus eadem num. permaneret. Et cum dicebatur, manifestatio obiecti exerceri per actum in genere causæ formalis, ac proinde esse à Deo impedibile, respondeo, in ordine ad primariũ actum exerceri manifestationem per absolutam entitatem actus cum respectu attingentis, & representationis, sibi realiter identificato, id eo; hanc manifestationem manente eodem actu semper manere eandem; in ordine verò ad obiectum secundarium exerceri ab eodem actu cum respectu attingentis, & representationis illius superaddito; & quia talis respectus non est re, licet identificatus, potest à Deo tolli, & sic impediri in actu manifestatio obiecti secundarii, durante, & perseverante manifestatione primarii, quam solutionem etiam assignavit Licher. p. d. q. 2. ad consimile argumentum Ocham negantis eundem actum invariatum posse representare modo plura, modo pauciora obiecta, quia fieri nequit transitus à contradictorio in contradictorium sine mutatione reali, & cum hæc non succedat in obiectis assignanda erit ex parte actus, quo pacto etiam argumentatur Bassol. ait enim Licher, hoc totum fieri per novam terminationem actus ad plura obiecta secundaria, vel per defectũ talis terminationis, quod planè nequit in actu cogitari, nisi per mutationem acquiritivam, vel deperditivam, alioquin respectus attingentis ad secundarium obiectum, licet Licher, sibi significare videatur, quòd ex tali nova terminatione nulla fieret nova mutatio in actu, in quo planè erravit, si intelligit, ut verba sonant tum quia terminari noviter ad obiecta ab aliis, aliqua mutatio ex parte actus adscribitur, solum actibus intellectibus, & voluntatis divine ob eorũ infinitatè, tum quia ita dicendo argumentum Ocham remanet insolutũ, sicut tamen, solum significare voluisse, nullam talem mutationem in obiectis secundariis significare, ex hac nova terminatione actus ad illa quod utique verum est.

Sed instat Ponc. dist. 4. n. 60. & Aversa loc. cit. concl. 2. non potest idem actus visionis sine variatione in se representare plura, vel pauciora in Deo, & hæc enim representatio est quid reale, & omnino debet variari totus actus, non enim fieri potest variatio in sola aliqua parte, vel gradu visionis, licet enim gradus visionis habeat latitudinem intensivam, tamen omnis pars, & gradus eius sine dubio quoad hoc est eiusdem rationis, habens idem prout obiectum, neque aliqua pars, aut gradus visionis representat unam, alia aliam perfectionem divinam; Hinc deducitur, illam visionem qua videtur essentia sine personis, debere esse diversæ rationis, & intrinsecè talis est, ut representet omnia, que sunt formaliter in Deo, alia autem visio esset essentialiter inadæquata, & veluti dimidiata differens in obiectis, unde essentialiter ab hac differret, & similiter inter se differrent speciei visionis inadæquate, que attingerent diversas perfectiones divinas, nõ pariter in obiecto differret, & singularè essent determinatè ad tale suum obiectum. Respondetur, gratias cõcedendo, asseri posse, Beatos de facto ita videre essentiam, ac alia attributa, ac etiã diversis actibus unũ, & alterum attributum, & tunc solus primus actus diceretur beatificus, qui scilicet tenderet in essentia, alii verò actus non essent beatifici, quia ut notat Bassol. nullo actu beatifico potest videri attributum, non videndo essentiam, siquidem quantumcumque attributum dicat perfectionem infinitam, non tamen primam, nec quidditativam, & id eo nequit esse obiectum beatitudinis primum, sed hoc est essentia sola secundum rationem essentia, & tunc non solum visiones obiectorum secundariorum essentialiter differrent à visione obiecti primarii, sed etiam inter se, secundum quod attingerent diversas perfectiones divinas, quatenus singularè essent determinatè ad tale suum obiectum, quod respectu sui actus se haberet, ut obiectum primarium, ac esset essentialiter specificativum, & iuxta hunc dicendum modum posset facere Deus, ut Beatus videret essentiam, & non relationes, vel attributa cooperando solum ad actum tendentem in essentiam, non autem ad alios tendentes in relationes, vel attributa; & rursus si velle faceret, quòd post solam visionem essentia videret quoque attributa, & relationes, id faceret concurrente ad alios quoque actus tendentes in attributa, & relationes, qui manerent simul cum visione beata essentia, & sic dicendo adhuc solum manet argumentum Suarez, quia Beatus videret essentiam, non visũ relationibus, vel attributis, eadem quidem

visione, qua prius eam videbat; sed falsum supponit Suarez, quod illa eadem visio repræsentaret indivisibiliter, tam essentiam, quam relationes, & attributa, siquidem juxta hunc dicendum modum solam essentiam repræsentabat, cæteræ verò perfectiones singulæ peculiaribus actibus repræsentantur; & sic etiam falsum est, quod dederat Averſam, illam visionem ex hypothesi debere esse de diversitate rationis ab ea, quæ nunc est, & intrinsece talis sit, ut ex vi sua repræsentet omnia, quæ sunt formaliter in Deo; etenim juxta hunc dicendum modum solam essentiam repræsentaret, & cæteræ perfectiones distinctis visionibus attinguntur; & hæc præcise ratione illa differret essentialiter ab illis, quod illa esset præcise determinata ad obiectum primum, aliæ verò ad hoc, vel illud obiectum secundarium; Neque hic dicendi modus est alienus à mente Doctoris, nam 3. d. 14. q. 2. M. inquit, in anima Christi posse respectu cuiusvis obiecti secundarii poni propriam visionem, ita ut in ea sint simul totæ visiones receptæ, quod sunt obiecta secundaria visa; sed licet iste modus sit possibilis, non tamen secundum consuetudinem nostram instituitur, quia tunc non diceretur Beatus videre illa obiecta secundaria visione beatifica, sed visionibus ab ea realiter distinctis.

Itaque sistendo in opinione communi, quod Beatus de facto videt essentiam, & quæcumque sunt in ea ex natura rei formaliter per eandem numero visionem, ad instantiam Averſe conceditur assumptum, quod non potest idem actus visionis sine variatione in se repræsentare plura, vel pauciora in Deo, sed negatur, variationem hanc esse debere totius actus ad probationem concedo, actum eundem non posse modo plura, modo pauciora repræsentare ob augmentum, vel diminutionem eius in latitudine intensiva, ita ut visio remissa ut quatuor v.g. sufficiat ad videndum essentiam præcisè, non personas, vel attributa, additò verò uno gradu, vel duobus sufficiat etiam ad ea videnda, tunc quia gradus illi sunt homogenei, & omnes eiusdem rationis in ordine ad obiectum, & solum conferunt ad maiorem, vel minorem claritatem visionis circa idem obiectum, non autem, ut extendatur ad plura, vel pauciora obiecta; tunc quia maior, vel minor intensio actus non pertinet ad perfectionem repræsentativam ipsius, ut sic, quasi quod eam auget, vel minuit in ordine ad diversa obiecta, sed solum ad entitativam perfectionem actus, quæ potest esse maior, vel minor circa idem omnino obiectum, ut perfectior est visio superni Angeli de infimo, quam infimi de seipso, & tamen utraq; est æqualiter adæquata obiectum in repræsentando, nec una plus obiectivè repræsentat, quam alia, cum utraq; sit comprehensiva, & nihil videatur per unam, quod non videatur per aliam; Itaque actus ille idem modo plura, modo pauciora repræsentaret ob accretionem, vel diminutionem in latitudine extensiva, quam suscipere potest per additionem, vel subtractionem realem respectum representationis, & attingentis in ordine ad plura, vel pauciora obiecta secundaria per revelationem divine voluntatis in essentia factam; Ita docet Scotus eadem d. 14. q. 2. M. verſ. si primus modus, ubi ait, sustinendo, animam Christi videre omnia quæ videt Verbum actualiter unice, actus, non sequi, actum illum esse infinitum, sicut est visio divina, quia actus ille nec esset comprehensivus primi obiecti, neque obiectorum secundariorum, nec necessariò ex perfectione sua esset obiectorum secundariorum, sed posset esse idem actus dato, quod esset tantum primi obiecti, quia illa non repræsentat ex perfectione sua, sed ab extrinseca additione tot respectum attingentia, quot sunt obiecta secundaria visa, quibus demptis remanet idem actus quoad substantiam, & essentialiter invariatus, & tantum variatus accidentaliter ex amissione illorum plurimum respectuum, sed visio divina ex perfectione sua est necessariò sui, & aliorum, atque idè idè infinita. Hanc Scoti doctrinam impugnat Poncius disput. 4. citat. num. 61. si posteo illo respectu tendentià videretur obiectum, & eo ablato non videretur, potius debere dici visio, quam respectus, vel potius ipse respectus est visio, & sic adhuc haberetur intentum, quod per visionem obiecti primarii non possit de novo videri obiectum secundarium ab ipse nova visione. Deindè sicut dicit Scotus, quod per respectum de novo venientem possit de novo videri aliquod obiectum, sive tanquam per causam formalem, sive tanquam per conditionem, sine qua non; posset patitur dici, quod haberemus cognitiones omnium obiectorum nobis congenitas, & quod quamvis non videremus actu obiecta eorum hoc non oriatur ex defectu cognitionis, sed ex defectu respectu tendenti; qui debet acquiri, quod est falsum. Resp. negando solum, illum respectum tendentiæ actus vitalis in obiectum dici posse visionem, quia ut dictum est disp. 6. de anima q. 3. art. 1. nu. 35. & seq. intellectus nec dicit solam qualitatrem, nec solum respectum tendentiæ, vel attingentiæ vitalis, sed dicit utrumque, absolutum quidem de principali significato, respectum verò de connotato, ut docet Doctor quot. 13. M. qua

de causa actus vitales dici solent relativa secundum dici; qui quidem attingentiæ respectus, si sit ad obiectum primum, identificatur realiter cum actu, idè verò sit ad obiectum secundarium, distinguuntur realiter, & actus potest sine illo existere, absolute loquendo; quare ad argumentum negatur antecedens, & consequentia inde deducit. Ad aliud negatur antecedens, & Scotus id peculiariter affert de beata visione, sicut in opinione communi, quod Beatus unico actu videt essentiam, ut obiectum primum, & alia ab essentia, ut obiecta secundaria, cum enim juxta eius principia dari nequeat nec species impressa, nec expressa, plura obiecta disparata distinctè, & clarè repræsentans; si opinionem communem tueri velimus, quod Beati unico actu videant essentiam, & alia ab essentia, hoc asseri nequit, nisi per additionem ab extrinseca, factam illorum respectum attingentiæ ad diversa obiecta secundaria per novam revelationem in essentia divina; neque id trahi potest in consequentiam de aliis cognitionibus naturalibus, quoniam singula obiecta disparata propriis actibus attinguntur, ad quos concurrunt partialiter cum potentia, tanquam obiectum sortis primum, atque idè respectus vitalis attingentiæ singulis suis actibus correspondentatipillis realiter identificatur.

Sed rursus Suarez cit. cap. 2. §. 3. nititur probare, nullam esse repugnantiam, quod idem actus nunc ex perfectione sua sit visio essentia, & etiam necessariò aliorum ab ea, varias afferendo instantias, & similia, quibus ostenditur, posse eodem actu plura obiecta etiam disparata simul repræsentari. Tunc quia Angelus per unam universalem speciem intelligibilem intelligit uno actu naturam Leonis, & Equi, non quidem ex connexione obiectorum inter se, sed ex virtute sua. Tunc quia corpus vultus unica visione immediate, & directè plura simul percipit obiecta etiam disparata. Tunc quia res, quæ inter se connexæ sunt, ut sunt relativa Patris, & Filii, necessariò unico actu cognoscitur. Tunc tandem, quia quod una res includitur in alia, sicut conclusio in suis principiis, necessariò eodem actu cognoscitur. Respondeo negando assumptum, non enim minus repugnat talis species impressa plurimum quidditatum, disparatarum repræsentativa, ut probat Doctor 2. d. 3. quest. 10. quia species expressa, & visio de qua loquitur, uno disp. 6. de anima quest. 6. nu. 267. ex impossibilitate illius deducimus impossibilitatem istius. Ad 2. negatur etiam assumptum ex ibi dictis, etenim cum plura obiecta simul disparata obiectur obtutu nostro, videtur unumquodque visione propria, neque repugnat, plures visiones simul oculo inherere ab obiectis presentibus immediate causatis partialiter cum potentia; sicut neque intellèctum posse simul, & semel plura intelligere per modum plurimum, & diversis actibus. Ad 3. potest etiam negari assumptum, quoniam visum relativa dicantur esse connexa in cognitione, hinc non sequitur, unico actu ambo debere cognosci, hoc enim totum adhuc salvatur, ponendo, quod cognoscatur pluribus actibus inter se connexis, ut Scotus docet 2. d. 43. quest. 1. C. ed. vel maxime, quod relativa non cognoscuntur simpliciter apprehensione intellectus, sed notitia compositiva, quæ est veluti composita ex duabus partialibus, tunc quia duo relativi non sunt obiecta disparata, sed invicem connexa, ac veluti subordinata. Ad ult. concedo, quod si unum includitur in alio, ut pars essentialis, possunt uno, & eodem actu attingi ex Scoto 1. d. 3. q. 2. §. quinto dico, ubi ait, magis, & minus universale posse per eandem speciem cognosci, quia sunt subordinata, & superius in inferiori essentialiter includitur, ut dixi disput. 6. citat. num. 267. si autem unum includitur in alio tantum virtute, sicut effectus in sua causa, & conclusio in principiis, nego, eodem actu necessariò utrumque cognosci; in proposito autem nostro, neque relatio includitur in essentia formaliter, & quidditative, neque è contrà, nec minus attributa includunt essentiam, vel è contrà, ut dictum est disp. 2. quest. 1. sed persona tantum hoc pacto includit essentiam, & relationem, ex quibus intrinsece coallescit, & idè absolute repugnat, personam divinam videri sine essentia, vel relatione.

Sextò Amicus sect. 8. cit. n. 330. duplici ratione nititur ostendere impossibilitatem non esse tendenti; primò quidem à posteriori, quia si una perfectio posset videri ab ipse aliam, sequeretur, visionem, qua de facto videtur Deus, esse infinitam, nam quo visio plura attingit attributa, eo perfectior est, ergo quæ attingeret infinita, qualis esset visio, qua modo Deus videtur, erit infinitè perfectioris. Neque dicas, perfectiones in Deo esse intensivè finitas, quia saltem hoc argumentum fieri potest de perfectionibus infinitis intensivè, quæ à Beato videntur, ut infinitè perfectæ ex parte obiecti, nam ad videndum v.g. Sapientia, ut duo ex parte obiecti, requiritur certa intensio visionis; ergo ad videndâ illam infinitè perfectam ex parte obiecti, requiritur infinita intensio visionis. Deindè probat ratione à priori deducta ex natura ipsa intelligibilitatis obiecti, hæc enim, quam unaqueque res habet ad movendam potentiam intellectivam

lectivam ad intellectionem sui, immediate fundatur in tota entitate, reijcto implicat, si res est indivisibilis, quod possit movere intellectum ad intellectionem, quod non repræsentet ipsam secundum totam suam entitatem, & intrinsecam perfectionem, quam habet, consequentia constat, quia si potentia motiva obiecti fundatur in tota entitate rei, movere debet intellectum ad totam entitatem sui cognoscendam, alioquin non moveret secundum modum sibi proprium; probatur antecedens, quia primarius finis talis potentie motive ex parte obiecti est determinate intellectionem ad sui representationem, ne potentia cognoscitiva possit circa proprium obiectum falli, ad hoc autem necessaria fuit potentia productiva representationis totius entitatis obiecti; quam rationem fuse ampliat, & profertur ibi.

Responsum illam à posteriori non concludere, si enim aliquid valet, ad summum probaret solum, nullà esse posse visionem, quæ infinita attributa attingeret, non autem aliqua repugnet, quæ videatur unum attributum sine alio, aut plura finita, sicut modò fuit; sicut si visio omnium creaturarum repugnet Beato, eodè quod hæc esset infinita, non rectè hinc probaretur, repugnet visionem, quæ videatur una creatura sine alia, aut quæ videatur finite creatura, idè tot, & non plures; Et responso assignata inter arguendum est optima; neque pariter instantia contra illam facta aliquid concludit, alioquin etiam de facto probaret, nullam esse ibi Beatis attingi, ut in infinitum ex parte obiecti, quia talis visio esset infinitè perfectioris, per eandem calculationem in instantia factam; quare eo argumento solum ostendit, potest nullum attributum, ex eo quod est infinitum, posse à Beato cognosci, quoad omnem modum sue cogitabilitatis, quia sic solus Deus suas perfectiones attingit, ideoque illas comprehendere dicitur ut Scotus docet 3. d. 14. quest. 2. infra. Non autem probatur, quod non cognoscatur à Beato quodlibet attributum, ut infinitum, & sub ratione infinitatis esse, ut ibi Doctor ostendit, quomodo autem illa calculatio, crescente perfectione obiecti crescere debet perfectio visionis, absolute non tenet in visione beata, declaratur idè supra q. 1. huius disp. art. 1. nu. 13. Ad rationem à priori concessam antedecente negatur consequentia, quia licet Deus ob suam summam simplicitatem sit in plures res indivisibilis, idè tamen divisibilis in plures formalitates, quarum unaqueque propriam habet intelligibilitatem ab intelligibilitate alterius distinctam, secundum quam propriam terminare potest visionem, alia non visa; ad probationem consequentiæ dico, per eam probari solum, quod naturaliter loquendo notitia intuitiva terminari debet ad rem cum omni modo sibi realiter identificato; quia obiectum cum omnibus illis ad visionem, conaturaliter concurrat, hic enim est modus movendi conaturaliter sibi proprius; ac verò per potentiam Dei absolutam, & interveniente miraculo opus non est, obiectum eocurrere ad visionem cum omni modo, quo existit à parte rei, sed sub illo tantum modo, sub quo Deus vult videri, ut dictum est num. 239. tunc quia illa probatio valet tantum de obiectis naturaliter motis, Deus autem non movet naturaliter intellectum, creatum liberè, sed & voluntariè, adeoque applicatio obiecti supernaturalis ad movendum, intellectum beatum fit intervenit actus divine voluntatis, quæ movet, quantum vult, & sicut vult; tunc tandem, quia argumentum, ut proponitur, nedum probat per actum intuitivum nullam fieri posse præcisionem in obiecto movente, sed nec etiam per actum abstractivum, quod tamen nemo negat; & probatur sequela, quoniam intelligibilitas, quam unaqueque res habet ad movendam potentiam intellectivam ad intellectionem sui immediate fundatur in tota entitate rei, sive hæc intellectione sit intuitiva, sive abstractiva, ergo semper movere debet indispensabiliter ad intellectionem, quo ipsam repræsentet secundum totam suam entitatem, absque ulla profus præcisione, tam in cognitione intuitiva, quam abstractiva.

Septimò tandem arguitur, quia si potest videri essentia divina absque aliquo attributo, poterit videri specialiter absque immeditate, quæ Deus est absque præsentibus; sed cognitio, quæ habetur de obiecto abstrahendo ab eius præsentia, non est intuitiva; ergo hæc cognitio essentia divina non erit intuitiva. Confitetur Dei quidditativam, & indistinctam, quæ non sit intuitiva, quia talis cognitio simul cum essentia perciperet etiam immanentiam Dei, & sic intueretur Deum, quatenus præsetem unde esset intuitiva. Resp. si argumentum quod probaret, ad summum probaret, non posse divinam essentiam videri sine attributo immanentis, non autem sine aliis attributis, at neque id sufficienter probat, quia etiam videretur absque attributo immanentis ad hæc talis cognitio tenderet in divinam essentiam, ut actualiter existentem, siquidem à tali existentia nequit prescindere, cum sit de eius quidditate, & hoc sufficeret ad rationem notitiæ intuitivæ; tunc quia præsentia Dei ad eius intuitionem necessaria non est sola præsentia per immanentiam, sed per illas præsentia generalem; ita enim est præsentis cuicumque intellectui creato,

& universaliter omnibus creaturis; sed est præsentia obiectiva per voluntatem, & immediatam exhibitionem suæ essentia intellectui, per quæ ita illi unice, quasi per modum speciei intelligibilis, ut sit proximè paratus cum eo concurrere immediate ad sui visionem; quod præsentiam obiectivam opus non est, quod tunc intellectus cogitet, aut videat Deum ubique præsetem per immanentiam, sed solum quod experiatur illum sibi intimè assistentem per modum obiecti, qualem præsentiam ad notitiam intuitivam requiritur posse habere Deus cum intellectu creato, etiam si per impossibile non foret immensus, de quo vide dicta supra num. 24. 38. & 52. Ad aliud negatur assumptum, nam ut constat ex ibi dictis, præter notitiam Dei intuitivam, qualem modò habent Beati, posse dari notitiam Dei quidditativam, & distinctam per speciem impressam divine essentia, quæ proindè notitia esset abstractiva, non intuitiva, hæc enim haberi nequit per speciem, sed necessarius est concursus obiectivus immediatus ipsius rei intelligibilis in propria essentia intellectui præsentis, & non immediate speciei; & talis cognitio licet attingeret essentiam, & immanentiam Dei, adhuc tamen abstractiva diceretur, & non intuitiva, quia illa attingeret duntaxat, ut obiecta merè cognita, non autem ut rationes movendi, seu ut conditiones obiecti movents, & terminantis, ut dictum est supra n. 1. & 2. q. 1. & 51.

QUESTIO NONA

An repugnet, Beatum videre in Deo omnes creaturas, tam futuras, quam possibles.

Præter ea, quæ sunt formaliter ex natura rei in divina essentia sunt personæ, relationes, & attributa, docet Theologus, Beatum videre etiam aliqua, quæ dicunt esse in Deo virtualiter tantum, & eminenter, quales dicuntur esse creaturæ, tam possibles, quam futuras, de quibus communiter hæc regulam assignant, quod videant in Verbo, hoc est, in divina essentia omnia, quæ pertinet ad statum uniuscuiusque beatificum. Difficultas verò est circa modum, quo Beati creaturas in Deo cognoscant, an scilicet tanquam in causa, vel tanquam in speculo, & specie expressa rerum omnium repræsentativa, vel potius tanquam in idea, & specie impressa eminentialiter omnium creaturarum, ita ut sit præcisè ratio cognoscendi creaturas, non autem mediū cognitum, in quo creaturæ cognoscantur. Sed quoniam in hac difficultate servata proportione dicendum est de intellectu Beato; sicut dicitur de intellectu divino; quod ad modum disp. 3. quest. 1. art. 1. diximus, divinum intellectum videre cuncta possibilis in essentia sua nullo ex præfatis modis, sed tantum tanquam in obiecto primario, & medio præcisè cognito, modo ibidem explicato nu. 29. ita in proposito dicendum de intellectu beato, cum hæc differentia tamen, quod comparatione divini intellectus essentia est omnino naturaliter illimitata ratio obiectiva cognoscendi possibilis, quatenus verò supponit decreta divina; voluntatis est ratio cognoscendi decreta futuræ creaturæ comparatione intellectus creati simul dicitur ratio cognoscendi possibilis, & futura, quatenus illius est præcisè motiva liberè per actum liberum, divine voluntatis. Præterea est difficultas, an Beati distinctis actibus videant divinam essentiam cum suis perfectionibus, ut obiectum primum, & creaturas possibles, ac futuras, ut obiecta secundaria, & quæ eadem visione beata, quæ vident Deum, cognoscant etiam in ipso Deo creaturas possibles, & futuras; sed licet satis probabiliter sit, Beatos in essentia divina quotquot res ex possibilibus, vel futuris de facto vident, per revelationem tantum extrinsecam in ea à divina voluntate casualiter factam, hoc est, per propriam visionem distinctam à visione essentia vident, ut dictum est supra nu. 24. ex Scoto 3. d. 14. quest. 2. communiter tamen sententia, & probabilior est, Beatos videre res in Verbo possibles, vel futuras ex peculiari revelatione divine voluntatis per eandem numero visionem, quæ videt essentiam, factam in ea tantum mutatio acquisitiva novi respectus realis tendentiæ, sive attingentiæ ad illas res, ut ibi declaratum est num. 24. ut clarè tradidit Doctor quot. 3. Prolog. A. A. & 4. d. 45. quest. 4. lit. D. ubi docet, obiecta secundaria posse tantum à Beatis videri in essentia divina ex revelatione sola speciali divine voluntatis, modo iam declarato; & 1. d. 1. quest. 3. ubi docet, non esse dicitur actus in intellectu Beati comparatione obiecti primarii, & secundarii, sed esse omnino unum numero per se primò prioris obiecti, & eius virtute tantum obiecti posterioris, & 3. d. 14. quest. 2. cit. infra. M. ubi inquit, quod si ponatur anima Christi videre omnia in verbo, quæ videt Verbum, & unica visione, non sequitur, visionem illam esse formaliter infinitam; quia non esset necessariò illa visio ex perfectione sua obiectorum secundariorum, hoc est, quod non tenderet in illa ex vi sua propria, & innata, sed ex additione extrinsecæ facta illorum respectum per revelationem extrinsecam divine voluntatis; objectiones verò